



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Gordius Martyr. 3. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

14 VITÆ SANCTORUM. 3.Ian.

¶ cum Deo Dei aulam omnem habes, vi-
derat nimirum quandoque quām multi-
plici dolo astuque turbare precantum a-
nimos malus hostis niteretur. Ob hæc
aliaque ejuscemodi prædicantibus verè
M A C A R I U M, hoc est beatum, ut qui
mundo tam bellè illuderet, illud respon-
si dedit, caverent, ne ipsis mundus illu-
deret. Vivere porrò desiit, cùm annum
ageret centesimum, & documento sanè
fuit mortalibus, frugalitate & vitæ reli-
giosæ asperitate non minui annos, sed
crescere. *Ex vit. PP.*

*Quæ segnities est; capi ineptis cogitatio-
nibus, cùm Dominum deprecari, quasi sit
alius, quod magis debeas cogitare, quām
quòd cùm Deo loquaris: Quomodo te audi-
ri à Deo positas, cùm te ipse non audias?*
S. Cyprian. de Orat. Dom.

S. GORDIUS MARTYR. 3.Ian.

Potuisses olim eremum campanum
dicere Martium, unde illi prodirent,
qui bella orbi, qui tyrannis moverent.
Ita **G O R D I U S** etiam noster è nobili
militum tribuno Christi tiro, ubi sat diu
in antro ad eremi leges exercuisse velut
ad palmum se, & piæ militiae satis præ-
luisse jam visus sibi est; progressus de-
mum festo die in medium theatri, fas-
susque **C H R I S T I** se militem, corpus
frustratim concidendum carnifici obtu-
lit ::

3.Ian. VITÆ SANCTORUM. 13
lit: id unum exoptans, plures animas ha-
bere, ut plures per mortes Duci Deo in-
victum se probaret. Scilicet ad insolitum
hoc spectaculum exclamârunt Christia-
ni pariter, & hostes horum. Et obstu-
puere hi, quod unius hominis virtus to-
tum theatrum iimpleret. At illi Deo,
Gordio, fibique gratulati sunt, cum vi-
derent tot inter certantes quadrigas lon-
gè omnes equos ad palmam præcurrere
Christianum, jamque hunc unum illo
die ex merito coronandum animo per-
ciperent. Interea Gordius monentibus
amicis, qui servatum cupiebant, ore
CHRISTUM suum tantisper proscri-
beret, animo coleret; ita neverò, aje-
bat omnem militibus aditum ad cælos præ-
cluditis? Me quidem Longinos & Cornelius
iuravat æmulari. Christum vobis coram
si negem, cælo coram ille negabit. Hæc ubi
dixit, crucis signo armatus omnes cru-
ciatus imperterritus & animo & vultu
superavit, ostenditque, quæ militi hone-
stissima essent vulnera. Ex Surio.

Quid protest Christum sequi, si non con-
tingat consequi. Ideo Paulus ajebat. Sic
currite, ut comprehendatis. Ibi tu Chri-
stiane fige tui cursus profectusque metam,
abi Christus posuit suam. S. Bern. Ep.
253.

S. GENO-